Soc. pr. Petricov. Coll. S. J. Societas justitiae et salutis Poloniae
die inaugurationis Comitiorum ac Tribunalis Regni
in — felice Kretkowski etc. — salutata.

S
JUS

K
Refo

I
Illu
M
I
Not

I

D

SOCIETAS
JUSTITIÆ & SALUTIS POLONÆ.

Die Inaugurationis
Comitiorum ac Tribunalis Regni
In

Illustrissimo ac Reverendissimo

FELICE KRETKOWSKI,

Referendario Regni, Præposito &c. & Sede vacante
Administratore Gnesnensi.

PRÆSIDENTE:

Illustrissimo & Excellentissimo DOMINO

MICHAELE POTOCKI,

Notario Regni, Capitaneo Crasnostaviensi, &c.

MARESCHALCO;

Illustrissimis Reverendissimis
Excellentissimis

JUDICIBUS DEPUTATIS,

ORATIONE PANEGYRICA
A
Collegio Petricoviensi Societatis JESU,
Faventissimis Obligata Nominibus

SALUTATA.

Annô Salutis, 1722.

Reverendo Patri in Christo Patri Adriano [illegible]
[illegible]

Hic ubi Divæ Themidis Sacratos

Juris Augusti colimus Penates;

Hic habet Consi Tripodem. *Neotericus in Panegirico.*

Illustrissimus & Rev: FELIX KRETKOWSKI, Referendarius Regni, Præpositus & Sede Vacante, Administrator Gnesnensis, Tribunalis Regni Præsidens.

Illustrissimus & Excellent: Dominus MICHAEL POTOCKI, Notarius Exercituum Regni Capitaneus Crasnostaviensis, Sokaliensis, &c. &c. Tribunalis Regni Mareschalcus.

Collegium Spirituale.

Ex Capitulo Gnesnensi.

Illustrissimus & Reverendissimus ALEXANDER KOŁUDZKI Canonicus Officialis Gnesnensis, Vice-Præsidens Tribunalis Regni.

Ex Capitulo Leopoliensi.

Illustrissimus & Reverendissimus HIERONIMUS JEŁOWICKI, Cantor Leopoliensis, Canonicus Cracoviensis & Premisliensis.

Ex Capitulo Cracoviensi.

Illustrissimus & Reverendissimus SEBASTIANUS KOMESKI, Custos Cracoviensis.

Illustrissimus & Reverendissimus STANISLAUS BOREK, Canonicus Gnesnensis & Cracoviensis.

Ex Capitulo Vladislaviensi.

Illustrissimus & Reverendissimus HIERONIMUS WYSOCKI, Custos Gnesnensis & Vladislaviensis, Abbas Trzemesensis.

Ex Capitulo Posnaniensi.

Illustrissimus & Reverendissimus MATTHIAS CHEŁMICKI, Canonicus Posnaniensis.

Ex Capitulo Płocensi.

Illustrissimus & Reverendissimus ALBERTUS MDZEWSKI, Cantor Płocensis.

Ex Capitulo Luceoriensi.

Illustrissimus & Reverendissimus OLSZANSKI, Canonicus Luceoriensis.

Ex Capitulo Premisliensi:

Illustrissimus & Reverendissimus SIGISMUNDUS DROCHOIEWSKI, Decanus Cathedræ Premisliensis.

Ex Capitulo Culmensi.

Illustrissimus & Reverendissimus FRANCISCUS WYSOCKI, Præpositus & Sede Vacante Administrator Culmensis.

Ex Capitulo Chijoviensi.

Illustrissimus & Reverendissimus ADAMUS WOLINSKI, Decanus Cathedralis Chijoviensis

Ex Capitulo Camenecensi.

Illustrissimus & Reverendissimus ANTONIUS BRZESCIANSKI Canonicus Leopoliensis & Camenecensis.

Collegium Sæculare.

Ex Palatinatu Siradiensi.

Illustrissimus & Excellentissimus GEORGIUS WARSZYCKI, Palatinus Łencicensis, Capitaneus Petricoviensis.

Ex Terra Vielunensi.

Illustrissimus Dominus MICHAEL MĘCINSKI, Sub-Dapifer Vielunensis.

Ex Palatinatu Łęcicensi.

Illustrissimus & Excellentissimus D. JOANNES KWIATKOWSKI, Castellanus Inowłodensis.

Illustrissimus Dominus MARTINUS DIERZBICKI, Capitaneus Dabscensis.

Ex Palatinatu Brest Cujav:

Illustrissimus Dominus ALEXANDER WOLSKI, Judex Terrestris Bidgostiensis.

Ex Palatinatu Inovladislaviensi.

Illustrissimus Dominus JOANNES RADOIEWSKI, Notarius Terrestris Brest Cujav,

Ex terra Dobrinensi.

Illustrissimus Dominus STANISLAUS ŁOCHOCKI, Vexillifer Dobrinensis.

Ex Palatinatu Vołhiniæ.

Illustrissimus Dominus THOMAS ZAMOYSKI, Capitaneus Grodecensis,

Ex Terra Bełzensi.

Illustrissimus Dominus STANISLAUS POTOCKI, Præfectus Excubiarum M. D. L. Capitaneus Rubiessoviensis.

Ex Palatinatu Ravensi,

Illustrissimus Dominus JOANNES BRATOSZEWSKI, Notarius Terrestris Gostinensis

Illustrissimus Dominus JOANNES SCZAWINSKI, Capitaneus Gombinensis.

Ex Palatinatu Mariæburgensi

Illustrissimus Dominus PETRUS SARBSKI.

Illustrissimus D: JOANNES FALĘCKI BurgrabiusCulmensis

Ex Palatinatu Braclaviensi

Illustrissimus Dominus STANISLAUS SUCHORSKI Iudex Luceoriensis

Illustrissimus Dominus, PAULUS JAROSZYNSKI, Dapifer Bráclaviensis.

Illustrissimus Dominus ALEXANDER MYCIELSKI, Sub Judex Terrestris Siradiensis.

VEstri Decretum est meriti, Vestræ Sancitum Virtutis, ut Vestri Elogia JUDICES ILLUSTRISSIMI non Eloquenti duntaxat proferantur ore, sed publico Poloni Orbis prodeant honori. Quare injuriosa, VESTRIS esset NOMINIBUS oratio, si inter Rostra conclusa, Famā non quæreret; Grandis enim injustitiæ convictio est, magna tacuisse nomina, vel parva protulisse dictione. Unde Judicum DEPUTATORUM Codex, apertus est, Elogiis, in quo æternitati legendos characteres, Themidis decernit gladius. Libra volumina quærit, & tunc facundiam libertati asserit, si nomina Judicum Librariis imprimenda concedat. Quid enim est singula ILLUSTRISSIMORUM JUDICUM etiam brevi narratione protulisse Nomina. Nisi intimari legem, ut nominum Elogia lectioni Eruditorum commendentur. Causas proindè in meritum inducat Actio, Vestra JUDICES ILLUSTRISSIMI Merita, Acta

ſunt, quæ virtus in Regni legat facie. Cum enim REVERENDISSIMOS Collegii Spiritualis JUDICES, & quaſi Sacerrimos Poloniarum Vice Deos, ſuada loquitur, iam ſacras componat literas, quæ ſcribantur fidei. Vt verò ſæculis legenda maneant, EXCELLENTISSIMORVM JVDICVM Ordinis Sæcularis merentur nomina. Ergo nuper inſulſa auribus adſtrepebat Oratio, iam hodie in Iudicibus favorem, nunquam ſatis æſtimandum experta; Vbi gratitudinem faventiſsimis Obligata Nominibus, ad veſtigia IVDICVM ILLVSTRISSIMORVM deponit Petricovienſis Societas JESU. Illorum integerrimis, quia ab omni corruptionis vitio immunibus dextris offert Panegirim. Hoc quaſi ſupplice expoſcens Libello, ut veſtris pretioſo Nominibus Operi, poſt conceſſam aurem, donetis intuitum, Reſpectum, & ſine Limitatione continuandum Favorem in Polonam SOCIETATEM decernatis. Vbi tamen Juſtitiæ cum ſalute publica SOCIETATEM in vobis adorat oratio, pro Veſtra incolumitate Votum profitetur.

Cum Obligatiſſimo Faventiſſimis Judicibus
Collegio Petricovienſi
Societatis JESU.

DE sua tenuitate convictæ eruditioni facundæ EXCELLENTISSIMI, REVERENDISSIMI, ILLUSTRISSIMI, dicendum est: CELSISSIMI, addam: quod Purpurandis in Ecclesia debetur Patribus; EMINENTISSIMI, quod Vice Regiæ potestati justum est, SERENISSIMI JUDICES DEPUTATI, diem dixistis; & iam Oratorum Societas Se se in lucem erigit; Splendorem tamen admirata Nominum, feliciter sibi Causam cadere gratulatur: cùm ad vestra demissior obsequia, videtur minima. Et ubi facundiæ cælestis lingvæ, sydera, quasi jam instantis præsaga Iudicij, de cælo lapsa, Ignatianis sese intumularunt Cineribus; Lojolæos Oratores docent, coram Judicibus perorandum, in cinere; & si eloquentiæ eriguntur Schemata, ante Tribunal esse Monumentum. Ergone non stabit Oratio? non sese Causa eriget? imò, ut etiam Divinô (sacer utiq; Orator) dictionem adornem eloquiô Sacerrimi JUDICIORUM permittetis ANTISTITES. Non ego caput elevo, non stylum sublimo, verùm secus Iudiciarios pedes, in quibus quoq; aures esse credimus, optimam dicendi partem eligo, &, ut Te teneam, ô! metuenda etiam Africæ Monstris Justitia, pronus cado. Proinde Oratio infige frontem Terræ! hæc tamen lucem non adimet, non Eclipsim inducet palpebræ, cui Umbram â Terra derivare, ceu laboranti Lunæ, esset dolori. Quare demissior in terram Vultus, magna intuetur Vestigia; quæ MAXIMI fecistis PROCERES, & eodem incedere passu Justitiam, & Salutem publicam, veritas Oratoria de terra colligit.

AUGUSTUS Dei Gratia Secundissimus REX POLONIÆ, ut Regno de Throno optimè prospiceret, Varsaviæ, Consiliis Augustam aperuit, Regni utrumq; convocavit Ordinem, ipse inter Præsules unctus Domini, inter Senatorum purpuras, Oriens; in Legatorum conclavi, Cæsar; in Exercitu, Augustus; Regno & Bono publico providentissimus. Pari successu, secundo, eodem fere nata sidere TRIBUNALITIA MAJESTAS Petricoviam

viam ingreditur. Solem eundem vidit, eodem ſtetit die, & Regni continuanda Incolumitas, & TRIBUNALITIUS Honor, ac ſi eidem inſiſterent baſi, Themis, & Regni ſalus, unaq; Illarum vacillante, altera in ruinam traheretur. Nec alius eſt veſtri Honor Nominis, ILLUSTRISSIMI in annum præſentem TRIBUNALIS REGNI JUDICES DEPUTATI, ut Veſtri Sancita Judicij, Regni Statuta ſint; acta eadem, Stubæ, & Comitiorum. Non ego proinde fallor, ſi Juſtitiam, & ſalutem publicam eodem inceſſiſſe paſſu, è veſtigio pedum, quibus inhæreo, collegi.

Et iſte paſſus Tui ſtemmatis eſt ILLUSTRISSIME & REVERENDISSIME REGNI Referendarie, Primatialis Cathedræ Ordinarie. Felicitatem illam, quæ de Tuo Nomine acceſſit Tribunali, ego non explico; illam ILLUSTRISSIMORUM JUDICUM laudavit Corona; AUGUSTUS ipſe Tibi parat Elogia, & uno Nomine dicet cuncta, Cum Tu Infulis; quæ in Tuam eluctantur frontem, emeritum Caput acclinabis. Numera, *ad Summi quoties faſtigia Juris veneris* PRÆSIDENS FELICISSIMUS, & avita Domus Tuæ ſolea Appiam fecit aliis, quâ ſequantur. Hodie demum Tribunalis Curulem occupas; ubi tamen jam Eccleſiarum Honor ſuas Tibi Cathedras erigit. Admitte REFERENDARIE quod referam Te PRÆSIDENTEM. Virtutes ſibi gratulantur, timent ſcelera; quæ montibus ſe opprimi præeligunt, quam CELSISSIMO comparere PRÆSIDENTI. Cum enim, jam Signum Crucis POTOCCIÆ in ſtubæ Cælo paret, extremum Judicium eſt; quod in Virtutis præmium, malorum exitium, decernis KRETKOWSKI. Extremum certè Judicium eſt; quem enim, ſibi, jam Eccleſiæ vendicant, jam Paſtorales curæ expectant, hic, tandem Poloniæ ANTISTES, Tribunali, ſe FELICISSIMUM PRÆSIDENTEM ultrà non concedet, Hoc referentem audit Polona Themis & tunc ſe orbam oculis amabit, cum, à Te, in Epiſcopale Solium provecto, relinquendæ Stubæ, Dolorem incuſſum non videbit. Et jam JUDICUM SACERRIME Gneſnenſes Aquilæ ſubmittunt pennas, quibus ſuccollantibus, aſcendas, vel ſi Majorum Tuorum calle progrederis, avita complanat viam Solea ILLUSTRISSIMUS verò & EXCELLENTISSIMUS, Tuo amiciſſimus Nomini, REGNI NOTARIUS, avitam Domûs ſuæ Crucem, ad Cor appendit NOMINATI; Nos, quem advoluti pedibus PRÆSIDENTEM ſalutamus

mus

mus, innixo tandem super Episcopale pedum, flectemus Genu, ANTISTITI.

Quantum verò, salus publica Tuæ, ILLUSTRISSIME & EXCELLENTISSIME TRIBUNALIS MARESCHALCE, Cruci sit confixa, quis annotabit? NOTARII Nomē perennaturis Characteribus notant sæcula, grande jam composuerunt volumen. Tibi se debet Poloniæ Integritas, cui ut succurreres, non jam Officii Calamum aptasti gladio, sed (licèt amor adderet alas) Tu, ut ocyùs provolares, calamum auxisti in pennam, vel ita felici manu stringebas gladium, quasi currente Calamo Tuæ Gloriæ scriberes characteres. Ergò cunctando alii restituant rem; prompta ILLUSTRISSIMI NOTARII in Vincendo manus, *honestum prætulit utili, dejecit alto Dona nocentium Vultu, & per obstantes catervas explicuit sua Victor Arma.* Demùm, ubi ILLUSTRISSIMÆ DOMVS VESTRÆ, ô! PAR NOBILE FRATRUM; merita CELSISSIMIS cognata Nomina; in SERENISSIMIS Poloniarum Purpuris POTOCCIUM adoro sangvinem; ergone VESTRA Cruce Polonis successibus benedici non inferam? Vestro vivit spiritu Regni Corpus, Vos Regum anima, & Viri secundum Cor AUGUSTI. Sed hoc Regna loqui debent, quod minor tantô argumentô præsumit svada. Laudari vix potestis, qui omnium exceditis Vota, ubiq; MAXIMI POTOCCII. Verùm, ut altior cælis Luminum Princeps, minores Atomos; sic summa POTOCCIA Domus, sui laudatores tollit & (ut ingenuè dicendum est) minimam erigit Societatem. Amatis (in Vestra gloriari Cruce sanctum est) POTOCCII IGNATIUM, quia MILITEM, qui ad Vestra Classica, etiam de Cælo militat, Notavit benè longum Beneficiorum Catalogum IGNATIUS, quæ Collegio Vestro transcripsisti, NOTARIE ILLUSTRISSIME, quæ magnus Poloniæ Achilles ILLUSTRISSIMUS PALATINVS CHIOVIENSIS Omnia nobis daturus, in Vniversitate obtulit Roxolana; quæ CELSISSIMVS VARMIÆ, utinam Poloniarum Princeps, toto acclinaret Cælo, & ædem Sacram MICHAELI ponens, Societatem suis consecravit obsequiis. Hæc inquam notavit IGNATIVS, & super Templi Caput, in Tuo CAPITANEATV sese elevans, legenda Cælo proponit. XAVERIVS verò Crucis ostentans Victoriam, in Indias iterum excurreret, Vestri Encomiastes Nominis, nisi ad Vota POTOCCIÆ DOMVS staret

ret obligatus. Ergo cum Divi Societatis ſtant pro Domo POTOCCIA militans in terris ſub MICHAELIS Nomine SOCIETAS ad Tuos pedes conſcribitur.

Quòd publica Regni ſalus Judiciariæ innectatur poteſtati, Tui quoque perſvadent flores ILLUSTRISSIME & REVERENDISSIME VICE-PRÆSIDENS. Coronatum floribus ſtemma legitis KOLVCCII, ergo ſub Te JVDICE Regnum inflore. Vbi tamen in ſtemma floridus honor abiit *hoc varijs ſcribunt in florib⁹* non ſine ſpe Vota noſtra, quòd Tuis humeris Violæ, amico cum ROSA Stemmatis certaturæ colore, ſe deponent; & jam Te JVDICE DEPVTATO Polonia perpetuum *Ver ſibi flore notat.*

Inducis Felicem Regno & Tribunali ſucceſſum: Triumphali ſtemmate, & magno intrabit Ordine Eccleſiarum Trabeatus Honor Tuæ Domus portam ILLVSTRISSIME & REVERENDISSIME IELOWICKI. Erigis Triumphalem Arcum Tuo Stemmate, Victor ubique animorum, & jam Domûs Januâ optimus Judiciorum Regni ſuccedit proceſſus. Reipublicæ tamen Annum Gratiæ aperit Stemmatis Tui Honor, cum Tu Apoſtolicas, jam ſecundò ſupra decem, Regni Tribunalis DEPVTAVS, Gratias recluſiſti. Refers inſuper ILLVSTRISSIME, ARCHIEPISCOPALE Tui Capituli PRETIVM, Tua verò merita cum in libra Themidis pondus habent, in Regni Senatu habebunt purpuram.

Cui in Stemma unio abiit, in animum Candor, CORVINORVM annulo deſponſatur Juſtitia, ab hoc ILLVSTRISSIMO & REVERENDISSIMO KOMESKI gemmis notanda dies ſperatur Poloniæ. Sit porrò mos antiquis: *Niveis tetriſq; Lapillis* Judiciorum ſupplere calculos REVERENDISSIMVS in Cauſis Regni juſtiſſimè candidus, quia GEMMEVS JVDEX, uniones ponet. Et ſpes eſt, quòd in tanto Gemmarum Numero, erit; quæ ad ſui VAVELLI accedat coronam, vel ILLVSTRISSIMO tandem Pontificii annuli ornabit Indulgentiam.

Aureum SERPENTIS POMVM ILLUSTRISSIMI REVERENDISSIMI BOREK Stemma ingenioſo concedit ori. Verùm fructus hic Regum delectat manus & ad continuandam excitabit Juſtitiam dormiturientes etiam Macedones. Avitus verò SCORPIVS, Cælum referet, & jam, toties repetitis, faſcibus MERITISSIMO JVDICI, pretioſi, quod ROMANVS PASTOR decernet velleris, Cuſtos erit.

ILLV

ILLVSTRISSIMO & REVERENDISSIMO WYSOCKI ABBATI TRZEMESSENSI, Religiosa ad votum est Eloquentia. En jam non unâ dignum Coronâ emeritum Caput Infulati ornant Tituli; stemma verò ROGALA fulget, quod sequitur, justum est, ut per Patriæ purpuris rubens Cælum, eat cornibus. Sic ego cornuto agerem Argumento pro purpurando ANTISTITE.

Facundiam quidem illigavit, & fasciis dignam dicentis facit Eloquentiam ILLVSTRISSIMI & REVERENDISSIMI CHELMICKI NAŁĘCZ, sed eodem stemmate Themis, & salus Reipublicæ quærit innecti. Hic certè sui stemmatis Trajanus: integritati publicæ consulet, & pro Fascia, illigandis consecrata Reipublicæ vulneribus, expectet Purpuram. Insuper VIRO ERUDITISSIMO, Cui adhuc in fascia omnis se illigavit Facundia, ergone se non obligabunt Elogia? jam MATTHIÆ deberi se fasces profitentur, Avitus NAŁĘCZ ut Muricem induat, votum est, & certum in MATTHIAM Donum DEI.

Jam ILLVSTRISSIMI & REVERENDISSIMI MDZEWSKI soleæ sequor vestigia; Crucis insigne adoro; & cui Crux in stemma, ferreum intulit gressum, eidem libertas Aurea Poloniæ defendendam se in Cruce consecravit. Oratio tamen colliget, quòd innixâ ferro soleæ, avita Cruce, pretioso ILLVSTRISSIMI JUDICIS Pectori aurea Crux inhærebit.

A Luceoriensis Capituli ILLVSTRISSIMO DEPVTATO JVDICE REVERENDISSIMO OLSZANSKI ortum gloriæ, lucisque non egenas dies, tam Tribunalis Astræa, quàm cælum sperat Patriæ, avito tamen Domûs Capiti jungente se gladio, dum communis defensorias Boni cogitationes, admiror, Themis quoq; hodie jus dedit gladii. Jam in geminato mucrone Regium adoro Insigne; & credo: quòd ab AVGVSTI serenitate, ad fulgorem gladij, lux orietur JUSTISSIMO JVDICI de Luceoriensi Capitulo.

Felici Remige, Polonæ integritatis deducunt fortunam ILLVSTRISSIMI & REVERENDISSIMI DROHOIEWSKI terni in stemmate fluvii. Illis proinde, Regni portare decora, non erit oneraria, sed super Gemmeo flumine, coronati Ecclesiarum Tyaris, portum an ILLVS: JUDICIS Ostia, attingent Honores.

Te verò ILLVS: & REVERENDISSIME CVLMENSIS CATHEDRÆ ADMINISTRATOR, Cælum in avito stemmate

ſaluti publicæ acclinaſſe certum habeo. Sed, ſi ILLVS: olim Culmæ ANTISTITIS ſaxum, Anaxagoræ ſol eſſet igneus, Tu cum ſuccedis Officio, jam noctem *pleno fulgens Cynthia cornu* cum ſtellæ radio ſerenat. Quare, ut *Sole abſente Luna vocatur* Tu, cum in ſpiritualibus ſuccedis BOKVNIO, ita, pro Diæceſis gloria *Laboranti ſuccurrere Lunæ* curabit Honor purpureus.

Soleatam iterum Crucem ILLVSTRISSIMI & REVERENDISSIMI WOLINSKI, adorat Oratio, & Crux Signum eſto quod optimè de ſalute Publica meriti Judicis, ſoleæ *celer aſſiduos ornabit Curſus Honeres.*

Solidas in Cameneci rupe laudationem Tui ILLVSTRISSIME REVERENDISSIME BRZESCIANSKI. Sed quid ego ſuper petroſo volumine Tui ſcribam Elogia! cui, erectus in cælum ſagittæ ſtylus, ſuper Lunæ Cornua, legendam in ſole Podoliæ ſcribit Panegyrim; & certum eſt: quod jam altior *Lunæ ſplendore ſagitta in ſublime volabit* ita, ut ſoli publico agat radios.

Ergo jam unum Judiciariæ Bilancis Orbem oratoria obivit periodus, & punctum erat; ubi verò in ſæcularis Collegii orbitam ſe infert, ut pondus acquirat; ſæculum laudationi vendicat.

Sed ſatis una, omne docet elogium, ILLVSTRISSIMI PALATINI LĘCZYCENSIS Litera. Meritorum certè Compendium ILLVSTRISSIMVS GEORGIVS WARSZYCKI, illi. Literæ in ſtemma abierunt; Ergone CAPITANEO ſuo Perricovienſes ſcientiæ non ibunt in vectigal? Legit certè ILLVSTRISSIMO ABDANK magnos Polonia Characteres, Juſtitia verò cum ſuo inſcriptum codici ABDANK è cælo intuetur; ILLVS: PATATINVM in Patriæ commoda, Boniq; Publici Emolumentum, Conſulem legit MAXIMUM.

Roſas eloquentiæ concedis, flore coronas Patriam, Nomen Societati dediſti, Illudq; è cælo coronatum in Alberto habes, ILLUSTRISSIME SUB-DAPIFER VIELUNENSIS. Cæterùm, ludere verbò magìs, quàm flore permitte Oratorem ILLUSTRISSIME MĘCINSKI, Oratorem facis Martyrem, qui ut Tuis dignè loquatur Encomiis, ut magnis, inconſangvineam Tibi Societatem, reſpondeat affectibus, cruciatur. Sed felicis Martyrii Laureolam è ſtemmate Roſa dabit, Tibi VIR ILLVSTRISSIME Senatorum muricem, purpureo Roſarum flori debitum, è Cælo MARTYR ALBERTUS MĘCINSKI aſſociabit,

ciabit: cum Tu florentissimæ Domus Tuæ Rosinis ad annorum vives coronam.

ILLUSTRISSIMO Inovladiensi Castellano avitus stemmatis honor meritorum dignitas, salus Patriæ, singulorum vota conscribant Elogium. Ego, cum jam *arbitrium floris Dea* Themis *habet*, voto & Nomini florentissimo, innectam Coronam: si rubentem altiori purpurâ, claro de sanguine florem ILLUSTRISSIMUM KWIATKOWSKI salutabo

Triumphalis ILLVSTRISSIMI DZIERZBICKI Ascia ipsa sibi Colossum fabricat & meritissimo Judici fasces deducit esse domesticos Ergo & publica Boni communis Augusta, hac asciâ stabit fabricante. ILLVSTRISSIMO vero de STARZARUM Domo Judici, illam æternitatem, quæ jam à priori in Polonia præcessit, etiam in posterum justum est apprecari-

Elogiorum ager est, & felix Triumphantis Poloniæ Campus, ILLUSTRISSIMI WOLSKI avitus Rola, & *nec simili pharius messe superbit ager* cum stemma ILLUSTRISSIMI JUDICIS præsagis purpurarum Rosis refloret,

Quæ super avitam Domus suæ Soleam, firmavit, in alite Domus extulit; ad Regni, Boniq; publici commodum, Tribunalitii auctoritatem Honoris, Consilia; hæc Judiciariæ stubæ intulit ILLUSTRISSIMUS RADOIEWSKI; inferet oratio: Virum hunc summæ utiq; Eruditionis, ad pennas sui stemmatis, magni esse Angelum Consilii.

Ex amplissima Dobrzynensi Terra, Optimus JUDEX DEPUTATUS, ILLUSTRISSIMUS LOCHOCKI, decisum habet quòd avitus aries, Justitiæ Aris dignus erat, & cælo Patriæ dignissimus. Orationis tamen votum est: ut in Poloniæ sereno *supremo Aries appareat Astro.*

Cum minorem quidem ingredior Poloniam maximos tamen adoraturus Judices; jam eloquens hodie Pallas, ternas ZAMOYSCIORUM HASTAS ad manum habet, ipsa verò, se, ad ILLUSTRISSIMÆ DOMUS ac ILLUSTRISSIMI & EXCELLENTISSIMI ZAMOYSKI JUDICIS DEPUTATI Elogia ita promptam exhibet, quasi ad metam ternô collimaret hastili: Novimus, Domum hanc, Hostibus terrori; Reipublicæ solatio, Colligatis ILLUSTRISSIMIS DOMIBUS Honori, & pretio, Societati minimæ magnis obligatæ Beneficiis, Cordi esse & venerationi. Demum Clavas, Scipiones, Annulos Regni, primaq;

D sub

ſubſellia, intra ſuos lares concluſiſſe; hoc tamen ILLVSTRISSIMO & EXCELLENTISSIMO ZAMOYSCIORVM NOMINI Polona debet Juſtitia, quòd è ZAMOYSCIORVM Domo, Coronatum à Stephano ingreſſa Tribunal, quòd parem Regibus Judiciariam Tribunalis poteſtatem, Domus fecit ZAMOYSCIA. Quare cum hodie iterum Juſtitia ad Triarios Haſtarum devenit, Polonus honor ad Haſtam Triumphum agat, & ILLVSTRISSIMO JVDICI adoreas Ternio Haſtarum porrigat nec unam laurum præferat.

In Tui demum Elogia, excurrendum eſt, ILLUSTRISSIME LITHUANIÆ EXCUBIARUM PRÆFECTE, & jam extra limites Regni propagata Tui Nominis gloria, magnæq; Domûs Trabeatus honor, orbi ſeſe partitus integro eſt indu, cendus. Sed extra limites Oratorem currere, ILLUSTRISSIME vetas EXCVBITOR; ergò dicam, quod in Polonia glorioſè egiſſe ILLVSTRISSIMVM STANISLAVM POTOCKI hocce Tribunal ſub Te nuper MARESCHALCO Celſiſſimum, confirmat, quod Regni ſedati Tumultus, bono loquuntur ordine; quod liberalis in omnes evincit munificentia; quod amiciſſimus Fraterno pectori honor ILLVSTRISSIMI MARESCHALCI, decernit; quod deniq;, Tuo obligata nomini exſolvit Societas. Non limitatam ab EXCVBITORE limitum benevolentiam in IGNATIJ filios ergone pretioſo verborum faſtu adornabo; cùm ILLVSTRISSIMI CAPITANEI RVBIESOVIENSIS *Virtus ipſa ſibi pretium*, Quare Elogia Tui loquantur Reges, Mars Patrius cum Triumpho! Occinit hodie Juſtitia, ut in æternitatis faſtis adicentur, ILLVSTRISSIMI NOTARIJ cõmittit Calamo.

Quos vero idem Ravenſis Palatinatus deputavit Judices; Illos idem ſtemma inſignit; ſive enim ILLVSTRISSIMVM BRATOSZOWSKI SIVE ILLVSTRISSIMVM SCZAWINSKI adoro, Leones video, & Prawdźicżan veritas eſt quòd Leo ſaluti publicæ & Juſtitiæ invigilat, utinam! & conſularis Togæ, quæ veſtris, VIRI ILLVSTRISSIMI debetur meritis, agat excubias.

Iam Roſas aptavimus purpuris ILLVSTRISSIMI SARBSKI LILIA, Coronam Themidi contexent, dignum certè Aſtreæ fronte ſertum, lilia; quæ Terno Stellarum Radio cinguntur. Vnde ſydera, liliis ſerenum, ILLVSTRISSIMO IVDICI, ſummos in Patria ſplendores ominentur.

A

Acervus ILLVSTRISSIMI FALĘCKI totum ſe in Poloniæ expendit bonum, Regni tamen & campi Domina fortunatis honoribus meritiſſimi JVDICIS ornabit merita.

ILLVSTRISSIMI SVCHORSKI ſolea, necdum orationem ſtare permittit, ergo felici incedit paſſu, JVDICI MERITISSIMO ſtabilit vota eloquentia; quæ in ſolea ſumma adorat veſtigia.

Profuſam ſibi Orationem vendicant ILLVSTRISSIMI JAROSZYNSKI flumina, cæterum Terne fons *addite Divis* Judicibus in cælo Patriæ Eridanum agas, & Eloquentes tui habebis ſtellas.

Jam metam dictioni MICIELSCIA præfigit ſagitta; hæc ſtylum Decretis dedit, non tamen ferream ſancivit legem, ſed æſtimando, & continuata ſerie perpetuo Dictatori, fixâ Signentur ſæcla ſagittâ.

Et jam parcite orationi ILLVSTRISSIMI A. A. quòd brevitate placere non potuit, tam amplæ tantorum nominum adſcribit Panegyri. Verum, rotundè, quia ad Fortunam Judiciorum Felicem ILLVSTRISSIMVM; ſanctè, quia ad Jlluſtriſſimam POTOCCIORVM Domûs Crucem, non elevatè tamen quia ad veſtros acclini pedes ſalutatione

DIXI.